



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

LXXX. Placitum Missorum dominicorum, in quo terminata est lis quae erat
inter Agilmarum Archiepiscopum & Vvigerigum Comitem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

LXXIX.

Karoli Burgundie Regis præceptum quo confirmat præstariam factam ab Agilmaro Archiepiscopo Viennensi.

An. 858.
Ex chartulario Ecclesie Vicennensis.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Karolus divina ordinante providentia Rex, quondam Hlotarij piissimi Augusti & incliti filius. Decet regalem excellentiam ut subditorum necessitates clementi sublevet juvamine. Quamobrem notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesie & nostris præsentibus videlicet ac futuris quia venerabilis Egilmarus Ecclesie Viennensis nostra suppliciter implorante excellentiam quatinus præstariam quam ipse cuidam vasallo suo Leoni nuper fecerat de Siliaco villa, nos ob mercedis nostræ augmentum corroborarem. quod ita & fecimus. Dedit namque prædictus Leo præfate casæ Dei & uxor ejus Leutrada res suas ad integrum quas in Cartiaco villa habent cum Ecclesiis, quarum una sancti Mauricij, altera sancti Christofori martyrum & dicata, seu etiam quas adquisiverunt; acceperuntque à prædicto Episcopo tam Leo quam uxor ejus Leutrada præstariam de Siliaco villa cum Ecclesia nomini sancti Petri dicata, ut dum adviverent tam ipsas res cum Ecclesiis quas dederunt quam prædictam villam Siliacum ad proprium tenerent cum Ecclesia. Cujus petitioni autem inclinantes jussimus hoc fieri decretum, per quod statuimus ut liceat eis, Leoni nempe & uxori ejus Leutradae, supradictas res quas dederunt & quas acceperunt omnibus diebus vite suæ quietè possidere, tenere, regere absque ullius contradictione seu repetitione. Super omnia namque confirmamus datas res & acceptas cum Domino Leoni & Domina Leutrada in nostra tuitione atque immunitate permanere. Nec liceat ullius potestatis iudici nec possessores Leonem videlicet & Leotradam nec possessionem iudicario distingere more. Et ut hoc nostrum decretum firmissimum ac stabilissimum permaneat, manu propria subscribere & anuli nostri impressione decorari censuimus. Signum Karoli Regis. Bertraus Cancellarius recognovi. Datum xv. Kal. Februarij anno 111. regni Domini nostri Karoli gloriosissimi Regis, Indictione v. Actum in Mantelo villa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXX.

Placitum Missorum dominicorum, in quo terminata est lis quæ erat inter Agilmarum Archiepiscopum & Vvigerigum Comitum.

An. 858.
Ex eodem Chartulario.

NOtia allegationis seu querelationis inter Agilmarum Archiepiscopum & Vvigerigum Comitum ex rebus legitime proprietatis ipsius Agilmari Episcopi de quibus adversus prædictum Comitum jam frequens querela extiterat. Venientes namque religiosissimi & venerabiles patres illustrissimæque societas Comitum solito

more, sicut in alijs locis, Salmotigam villam, quorum nomina sunt hæc, Remigius Lugdunensis Archiepiscopus, Rotlannus Arelatenensis Archiepiscopus, Ioseph Maurigianensis Episcopus, Ebo Gratiopolitanensis Episcopus, Trutbertus Adtenensis Episcopus, Arbertus Ebrodunensis Episcopus, Gairardus quoque Comes, Fulheradus Comes, Arnulfus Comes, Autranus Comes, Beregere Comes, Vepoldus Comes, Barnardus Comes, Aldrigus Comes, iterum Barnardus Comes, Ingelramnus Comes, Gairungus Comes, pluri-
mque cum eis in tam præcipuo conventu adstantes quorum nomina perscribere perlongum est, ex quibus aliqua adnotare studemus. Adalbertus videlicet Valus dominicus, Richardus simili modo, Erpinus quoque, Airadus, Fulradus, Beringerius, Illufos, Ragambertus, Christianus, Aistoldus, item Aistoldus, Vvandalmarus, Eldebodus, Lanberto, Sutberto, Manevoldo, Berterio, Ebo, Ailulfo, Ingelrico, vel ceteri quamplures. Prædicti verò majores privilegio & proceres potestatis dum ibidem in prædicto loco de communi tractarentur utilitate ad justiciam totius provincie, inter cetera ibi in præsentia prædictorum nobilium virorum astitit coram Agilmaro præfatus Archiepiscopus unâ cum suo Advocato Vvigerio nomine proclamans se adversus Vvigericom Comitum quod res & mancipia quæ ei Dominus Imperator Locharius legitimo concesserat jure in villa Cogana seu & in alijs villis, calausis, & adnancia, quod ipse Vvigericus eadem res in sua * restitueret dominatione injustè. Prædicti verò * restitueret, venerabiles viri jamdictum interrogaverunt Vvigerigum si itaveritas esset an non. Ipse tamen hoc minime denegavit, neque Advocatum ponere potuit quiescebat hujus querela causa esse veritatem, sed præsentialiter per suum vvadum ipsi Agilmaro Archiepiscopo vel suo Advocato propriis reddidit manibus, & suum Missum Fulradum nomine in sua advocacione dedit Vvigerio Advocato præfati Episcopi ut super ipsas res quas ipse reddidit veniret & legalem vestituram in omnibus faceret. His præsentibus. S. Richardo. S. Beringerio. S. Gislulfo. S. Ebroinus. S. Archimbaldi. S. Rotardi. S. Ivone. S. Christino. S. Amalgaudo. S. Airado. Ego Vviniarius præfens fui. S. Odilone. Sarlulfus præfens fui. Ego Aistoldus præfens fui. Ostoldus præfens fui. Celdebodus præfens fui. S. Ebone. Adalongus præfens fui. Rothaldus rogatus. S. Ebroino. Rodulfus subscripsit.

LXXXI.

Karoli Burgundie Regis præceptum pro Geraldo Comite.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Karolus divina ordinante providentia Rex, Hlotarij quondam incliti & Augusti filius. Si necessitates Ecclesiarum juvamine, hoc nobis prodelle non dubitamus & ad temporalem gloriosius transigendam prosperitatem & ad æternam felicibus obtinendam beatitudinem, Idcirco noverit omnium fidelium